



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 21. Congressus in domo Patriarchæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1439

ret, tertia die Junii omnes ad Patriarchæ domum convocari jussit, ut suam quæque sententiam rogatus diceret.

§. XXI.

Congressus in domo Patriarchæ.

Patriarcha ceterorum primus hunc modum sententiam tulit, quam sanctorum Patrum aliqui asserant Spiritum Sanctum procedere ex Patre, & Filio, alii ex Patre per Filium, cumque vox per *Filium* æquivalet termino *ex Filio*, ego tamen ommissa voce *ex Filio* dico, quod Spiritus Sanctus ex Patre per Filium eternaliter, & substantialiter tanquam ex uno principio, & causa procedat, ita ut particula *Per* hoc loco significet causam, ex qua Spiritus Sanctus procederet. Postea subjunxit, quapropter Orientalibus accedo, qui asserunt, Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio esse, haud tamen existimo, id Symbolo adjiciendum, sed unionem esse faciendam, retentis Græcorum ritibus. Imperator ad particularem questionem non descendit, sed hunc in modum sententiam suam dixit: *Ego præsentem hanc & generalem Synodum nulla ex parte inferiorem existimo omnibus antehac celebratis, igitur pronuntio, me hujus sacre Synodi constantissime sequi sententiam, quæ in consensu S. Ecclesiam in sacris dogmatibus*

lo modo posse errare, hoc tamen posito, ut neque sacro nostro Symbolo quicquam adde-
re latini nos cogant, neque ex ritibus no-
stræ Ecclesiæ aliquid immutetur. Hinc I-
sidorus Ruffiæ Archiepiscopus Antioche-
ni Patriarchæ vices gerens doctrinam Pa-
trum Occidentalium suscipiendam edixit,
& Spiritum Sanctum habere esse ex
Filio, & Patrem ac Filium unum esse
principium Spiritus Sancti. Bessarion
Nicænus idem omnino sentiens, lon-
giori etiam oratione suam sententiam
comprobavit.

His nihilominus contradixere Mar-
cus Ephesinus, Dositheus Monembasiensis
Episcopus, Patriarchæ Jerosolymitani
Vicarius, & Sophronius Anchialensis,
qui Filium causam esse Spiritus Sancti
in sensu, quo apud Græcos vox *caussa*
pro principio accipi usu venit, profiteri de-
tractabant. Sguropulus Magnus Eccle-
siarcha, & Historiæ de Concilio Floren-
tino Græco sermone editæ, & a Crey-
thone Anglo latine redditæ Au-
ctor, eidem sententiæ adstipulatus est,
non tamen mentem suam dato suffragio
manifestavit. Verum contradicentium
numerum longe superavit ceterorum unio-
ni applaudentium frequentia, quos inter
non infimi erant Præsules mox a nobis
recensiti, omnesque Imperatoriæ aulæ
Proceres, excepto solo Principe Deme-
trio

Sæcul. XV.
A.C.1439.

Sguropul.
hist. Conc.
Florent.

Sæcul. XV.
A. C. 1439.

trio Imperatoris Germano, qui ab unione alienus sententiam suam pronunciare recusavit. Nihilominus huic concordia accesserunt Principum, & Græcorum populorum Oratores, exceptis iis, qui Iberi ablegarunt. Tandem etiam Cyzicenus, Trapezuntinus, Heracleensis, & Monembasiensis, mutata sententia, ceteris adhæserunt. Ergo inter omnes Græciæ Episcopus Marcus Ephesinus, & Sophronius Anchialensis soli sententiam majoris partis amplecti, invicta pertinaciter renuerunt.

§. XXII.

Professio fidei Latinis atque Græcis communis.

Conc. Labb.
to. 13. part.
Conc. Flor.
p. 1130

Omnibus hisce ab Imperatore proferenda unione ex animi sententia compositis, communi consilio Græci decesserunt, professionem Fidei duntaxat circa articulum de processione Spiritus Sancti condendam esse. Hæc paucis addendum differt ab illa superius a nobis relata, cujus tenorem impræsentiarum relatumus: *In nomine sanctæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, in hac obsequium sancta ac Deo grata unione eodem sensu, eadem anima, eademque mente nos Latini & Græci consentimus, & concordamus, ut ab omnibus Christianis hæc fidei veritas*